


Rozprawy
do panowania Jana Kazimierza
króla polskiego
odnoszące się

Od Bartynows. za 5 złk.

17 *r)* S. R. M. Sueciae binae literae, priores ad S. R. M. Christ. et posteriores ad Gen. Ordines foed. Belgii, contra causas expeditionis in Zelandiam contra reg. Daniae. b. m. i r. (k. n. l. 4)

18 *s)* Resurrectio Poloniae auxilio aquilae. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

19 *t)* Epistola amici ad amicum de causis renascentium dissidiorum Sueco-Danicorum. Hamburgi 1658. (str. 10)

20 *u)* Brevis discussio querelarum, quae per regis christ. legatos et internuntios contra augustiss. Imp. Ferdinandum III. propositae sunt. b. m. 1657. (str. 20)

21 *v)* Labores electorii sive solennia electionis et consecrationis. b. m. 1658. (str. 30)

22 *y)* S. R. M. Sueciae commissariorum responsum ad literas legatorum electoralium Brandeburgicorum. b. m. 1659. (k. n. l. 24)

23 *z)* Censura censurae in collegium electorale amicae. b. m. 1658. (str. 44)

24 *aa)* Biorenklou Math., Memoriale ad eminentiss. sereniss. S. R. I. electores. b. m. 1658. (str. 32)

25 *bb)* Peyrer Isa. Epistola ad Philotimum, qua exponit rationes propter quas ejuraverit sectam Calvini et librum de Praeadamitis quem ediderat. Francofurti 1658. (str. 36)

26 *cc)* Retz de Joan. Franc. Paul. de Gondi Omnibus episcopis, presbyteris et universis filiis ecclesiae. b. m. 1660. (str. 28)

27 *dd)* Animorum in Europa et vicina Asia motus de Suecici belli motu in Polonia. Upsaliae 1656. (str. 75)

28 *ee)* Gabriis Luc. de. Injustitia armorum Suecicorum in Polonos responsione apologetica ad epist. Cyriaci Thrasymachi ad Andr. Nicanorem data, nec non ad brevem et preliminarem enumerationem causarum, ob quas Carolus Gustavus R. Suec. coactus est Reg. Pol. bello adoriri. b. m. 1657. (str. 60)

29 *ff)* Elogium funebre Ser. Caroli Gustavi R. Suec. Gothenburgi in Suecia Februario mense a. 1660 extincti. b. m. i r. (k. n. 14)

30 *gg)* Epitaphium Regni Daniae agonizantis, eiusque inopinata convalescentia et generosa resurrectio ex tumulo. b. m. 1660. (k. n. l. 4)

31 *hh)* Homo politicus auctore Pacifico a Lapide. Cosmopoli 1664. (str. 30)

32 *ii)* Stetget Harip. Conjectio de futuro Romanorum rege promovendo in imperatorem. b. m. 1658. (str. 22)

33 *kk)* Collegium reliquorum Imp. deputatorum ad Collegium electorale de praesenti statu Imp., imperatore eligendo, scribenda lege, annexis aliis. b. m. 1657. (str. 97)

34 *ll)* Responsio ad duo scripta Danica, quorum alterum sub

titulo Juris fecialis armatae Daniae, alterum sub nomine Manifesti exiit. Francofurti 1658. (str. 39)

35 *mm)* Epistola equitis Romani de eligendo rege Romanorum b. m. 1658. (str. 16)

36 *nn)* Brevis informatio et demonstratio, quam injuriosis et calumniosis persuasionibus feliciss. record. Imp. quondam Ferdinandum III. ejusq. filium Ser. Hung. et Boh. Reg. Leopoldum ablegatus Reg. Suec. coram electoribus et statibus imperii emisso in publ. libello accusatorio ruptae pacis insimulare conatus fuerit. b. m. 1658. (k. n. l. 15)

37 *oo)* Scher Mart. Vota Germaniae intranti Austriam obvia Leopoldo. b. m. i r. (k. n. l. 4)

38 *pp)* Biörenklou Math. Memoriale novum in puncto pacis et securitatis publ. quod nomine S. R. M. Sueciae d. 4 Maii a. 1658 exhibitum est S. Rom. Imp. collegio electorali. Francofurti 1658. (str. 7)

39. *rr)* Delirus prodromus in viam reductus. b. m. i r. (str. 6)

Frischmann Johann 40 *ss)* Delirus prodromus. b. m. 1658. (str. 14)

Schultz Peter 41 *tt)* Negeschius Petr. Comparatio inter Claudium Tiberium princ. et Olivarium Cromwellium protectorem. b. m. 1657. (str. 28)

Frischmann Johann 42 *uu)* Classicum belli christiani ad christiani principes omnis adversus christiani nominis hostes Ottomanidas. b. m. 1651. (str. 37)

43, *vv)* Disjectio rejecta sive iterata et constans querelarum Gallicarum discussio. b. m. i r. (str. 22)

Frischmann Johann 44, *yy)* Responsum ad nuperam illam admonitionem Gallo juxta ac Germanico stilo adversus sanctius Christianiss. Regis consilium publicatam ex causa Mardici Anglis belli contra regem catholicum sociis cessi. b. m. 1658. (str. 32) sk. 5. —

Exp. dobrze zachowany tego zbioru pism ulotnych do panowania Jana Kazimierza odnoszących się. Oprawa z wyciskami i klamrami.

1773. Pękalski Petr. De Petri militis per S. Stanislaum epi. Crac. resuscitatione. Cracoviae 1826. 8vo (k. n. 2, str. 23) br. —

1774. Peterek Jan. Wykład systematyczny zarazy bydlęcéj, prz. J. N. Kurowski. Warszawa 1833. 8vo (str. 108, tabl. 1) br. —

1775. Petricius Joan. Innoc. Historia rerum in Polonia gestarum anno 1620. Cracoviae b. r. 4to (k. n. 3, str. 77)
b) Princeps Polonus. Cracoviae 1633. (str. 109) psk. 10. —

1776. — Palaestra oratoria sive Imitatio Ciceronis. Cracoviae 162. 4to (k. n. 50) br. 3. —

1777. Piasecki Fel. Wróżka, dramat. Kraków 1861. 8vo (str. 3 br. —

1778. — Jac. Mythologia Aeneidum P. Virgilii Maronis. Cracoviae 1635. 4to (k. n. 8) br. — 5

1754. **Paradoxa** koronne publica i privatim potrzebne szlachcicowi polskiemu, napisane r. 1603. Kraków 1853. 8vo (str. XXI k. n. 1, str. 152, k. n. 2) br. — 25

1755. **Paritius** Christ. Frid. Commentatio brevis ex historia literaria de quibusdam Silesiis eruditis in Polonia muneribus functis. Cracoviae 1816. 4to (str. 24) br. — 40

1756. **Parkossius** Jac. Antiquissimus de orthographia polonica libellus. Posnaniae 1830. 12mo (str. 99) br. — 50

1757. **Parthenay** v. A. Geschichte von Pohlen unter der Regierung August II. Mietau 1772. 8vo 2 Ty (I. str. XIV i 508; II. str. 640) p. 2. —

1758. — Histoire de Pologne sous le regne d'Auguste II. La Haye 1733. 8vo 2 Ty (I. str. XXIV i 256; II. str. X i 256) 2. —

1759. **Paschacy** Andr. Sig. Plausus laetitiae publicae ad triumphalem post victorias reditum serenis. ac invictis. princ. Joannis III. reg. Polon. etc. expressus. Cracoviae 1683. fol. (k. n. 14) br. — 50

1760. **Pasternak** K. F. Wielki świat małego miasteczka. Wilno 1832. 8vo T. II. (str. 214) br. — 25

1761. **Pastorius** Joach. Bellum scythico cosacicum etc. Dantisci 1652. 4to (k. n. 8, str. 269, k. n. 1) p. 7. —

1762. — Florus Polonicus, seu Polonicae Historiae epitome nova. Lugd. Batavor. 1641. 16mo (str. 215, k. n. 16) br. 1. —
Brak tytułu, dedykacyi i przedmowy kart 7.

1763. — dtto. Gedani et Francoforti 1679. 16mo (k. n. 22, str. 851, k. n. 20) psk. 2. —

1764. **Paszkowski** Franc. Mowa miana przy założeniu podstawy mogiły na pomnik Tadeuszowi Kościuszce 1820 r. Kraków b. r. 8vo (str. 12) br. — 25

1765. **Paterkula** K. Welleja Historia. Warszawa 1830. 8vo (k. n. 1, str. 276) psk. — 50

1766. **Pauli** Żeg. Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich. Lwów 1846. 8vo (str. XI i 215) br. 1. —

1767. — Pamiętniki o wyprawie chocimskiéj, z rękopismów i druków mniéj znanych. Kraków 1853. 8vo (str. XI i 184, k. n. 1) br. 1. —

1772. Pax Polono-Svecica, per deputatos ad id sereniss. ac potentiss. princip. Poloniae, Sveciae Regum legatos conecta Olivae 1660. 4to (str. 22)

2. b) Pax Germano-Svecica etc. Viennae 1648. (str. 84)

3. c) Wolphius Joh. Pannonia perrorata panegyrice. b. m. 1652. (k. n. l. 10)

4. d) Rewa de Petr. De sacra corona Regni Hungariae. Viennae 1652. (str. 96)

5. e) Copia literarum cujusdem magnae dignationis Poloni Dn. Przimsky ad fratrem suum Dn. Christ. Przimsky Casell. Culm., in quibus amore patriae suae ductus explicat, quid sentiat de tractatu Polonorum cum Austriacis. Cusini 1657. (str. 11)

6. f) Biörenklou Mat. Memoriale iteratum in puncto pacis et securitatis publicae. Francofurti 1658. (str. 12)

7. g) Statera veritatis ad quam responsum Gallicum. b. m. 1658. (str. 27)

Frischmann Johann 8. h) Statera veritatem transgressa subversa. b. m. 1658. (str. 19)

9. i) Circa pacem religiosam ficta veraque propositio in Epist. ad D. Baronem. b. m. 1661. (k. n. l. 10)

10. k) Querelae universi cleri in Majori Polonia et Dioec. Posnan. super barbara Austriaci militis insolentia, in Ord. Eccl. et Christ. patrimonium exercita. Posnaniae 1658. (str. 4)

11. l) Olszowski Andr. Expositiones coram eminentis. D. Elect. Moguntin. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

12. m) Olszowski Andr. Memoriale nomine S. R. M. Poloniae et Suec. ad S. E. Illustr. S. R. Imp. Electores, Principes et Ordines. b. m. 1658. (str. 4)

Frischmann Johann 13. n) Moguntini labores electorales, praevii et electorii. b. m. 1657. (str. 45)

14. o) Grandmont Ant. et H. de Lionne Memorialia bina, primum ad deputationem statuum ord., posterius ad collegium elect. directa. Francofurti 1658. (str. 15)

15. p) Disjectio brevis illius Gallicarum querelarum discussionis. b. m. 1658. (str. 16)

16. q) Pacificatio Ratisbonensis inter S. C. Maj. et Regem Franciae. b. m. i r. (k. n. l. 8)

niss. ac poen-
gatos conficta

(str. 84)
gyrice. b. m.

i Hungariae.

is Poloni In.
isky Castll.
explicat, quid
cis. Custini

acto pacis et
)

licum. b. n.

o. m. 1658.

io in Epis.

Dioec. P-
tia, in Or.
aiae 1654.

is. D. Elec.

M. Polonia
, Principe.

electorii. b

bina, pri
d collegium

discussio-

et Regem

DELIRUS PRODROMUS IN VIAM REDUCTUS.

II









IRCVMVAGATVR delirus prodromus, ad fidi popularis prodromum solis verbis responsorius, re nullâ, juxta inscriptionem sui tutili verè delirans mentis vertigine, conscientiæ oblivione, rationum errore. Vir hic audaculus audet verbosè protegere nominalem & falsum Angliæ protectorem, regna aliena avita violenter in- adentem, alienis inhiantem defendere deliris argumentis, deviis in mnia prava illationibus.

Cromvelius, inquit, non est abstrusus Tiberius, in sum- no fastigio patens omnibus qui ipse inspici velit.

Hâc parte Hispanis malus, quâ Gallis bonus, quia ma- um hoc adferat metuendum Hispaniæ, quod hæc intenta- at Galliæ.

Cujus Regimen ideo justum, & qui id arguat, insanarum lasphemiarum, ac probrosi in Deum maledicti reus sit, quia cilicet Deus quo vult modo aufert & confert Regna, & per uem vult sua exercet judicia.

In hoc vertitur totius responsi cardo, tota delirantis prodromi argu- nentatio, alia sunt verbosa in scriptorem adversarium convitia, ex aturæ defectibus petita, cum non esset, unde desumi possent, ulla scri- toris aut scripti malitia. Reliqua sunt Gallicarum Vigiliarum Laudes iculis digna Vesperis, Gallici pseudo-Ministri empta encomia, Austriaco- um contumeliosæ vituperationes, Hispanorum Cavillatoriæ traductiones, mnia nasutæ obtrectationes, Majestatem Regum, decus principum & amam singulorum semper sugillantes, nemini integrum honorem relin-

 quentes,

quentes; authore earum in nihilo magis quam in famosis libellis perito Sunt etiam seductrices securitatem Imperij, libertatem Electorum suav ubique canentes Syrenes, donec soporatos hos Romani Imperij Argonautas & Archontas suoipsorummet impendente interitu in Syrtes agant. Sun quoque sui ipsiusmet vanæ jactationes, quasi unus Schrifnamus libertati Germanorum restaurandæ, conservandæ unus sit fidus manuductor, & sphinx Gallica, cui nullus reperiri possit Oedipus, imo quasi ipse solus Minervæ, melius dixero, Gallinæ liliatæ sit filius, ita circulatoriè suan ostentat industriam, atque styli sui jam contusi, jam acutioris, ubiqu tamen ultra modum acuti laudabilem extollit facundiam, laudabilioren sane futuram, si aliquod religionis in Deum, pietatis in patriam, rectæ observantiæ in Reges ac Principes, justitiæ ac æquitatis in omnes præberet vel judicium; vix ab deliro hoc prodromo amplius sperandum sua jam fascinato pervicacia, quâ ex uno absurdo fertur in alterum, & suis in deliriis cæcâ peculij cupiditate continuò circumagitur: Quibus convitiis omnibus ad rem nihil conferentibus non immoror, nisi immori velim prodromo isto eorum finem numquam facturo, nunquam modum habituro. Age verò Tiberium Cromvelio conferamus, & delirum hunc Noctambulonem in viam reducamus.

Tiberius, ait, abstrusus fuit, ita est. Latentem scilicet condens animum, pravo secretus consilio, callidus ingenio, dissimulator vaferrimus, simulator astutissimus, corpore aliàs in senatu, in foro, in curia ubique visus, nec initio sui regiminis, sed exerente se primùm crudelitate, impietate, ac fera Tyranni immanitate factus omnibus invisus, totâ deinde vitâ personatus incedens, omnia in speciem faciens, nihil ad veritatem loquens, cunctos fallens, cunctis insidians, ad se unum quidquid ageretur referens, virtutes in publico mentiens, vitia in mentis secreto venerans; omnibus metuendus, & ipse nunquam sine metu. Quid verò horum omnium deesse putas Cromvelio, qui in Regnum intravit ut Vulpes, gubernat ut Lupus, &, quod timendum, aliquando ut Canis est moriturus, ita sanè vovendum, nisi id prohiberet in proximum christiana Charitas, aut dissuaderet salutis amor: in quo autem Cromvelius Tiberio impar est aut dissimilis? cujus protectioni perfida in Dominum rebellio, seditiosa in regem conspiratio,

nſpiratio, & nefaria Regis ſui trucidatio initium dedêre, omnia læſæ Majeſtatis divinæ ac humanæ reatus ſceleſti ſicarij. Tiberius duplici fit animo, idem & eſt Cromvelius, dum Reipublicæ formam Anglis ob-udit, ut Tyrannicæ Monarchiæ inducat ſævitiam. Hic dum Feirfa-um ſe juvare velle ſimulat, eundem ſimulatoriè ſupplantat, dum ſtati-us libertatem ſe aſſerturum prædicat, ſervitutem ac jugum imponit, fu-t honores coronæ, ut eam ſecuriùs aucupetur; omnia in ſpeciem men-ns, dum fingit ſenatui rerum Anglicarum plenam committi diſpoſitio-m, Senatores in id ſtudioſos fictis criminibus rapit ad carceres, tormen-, ſupplicia, alios ſuis exturbat ſubſelliis, alioſque in vicem rerum igna-s ſubſtituit, intrudit, ſuæ ambitionis fautores, avaritiæ explendæ co-djutores, & aſſequendæ coronæ Architectos, qui non renuunt ſcelerum ri complices, ut & honorum poſſint eſſe participes, ita jam ad ſe Crom-elius cuncta retulit: Ipſe inter Dominos & plebem concitavit diſcordias, ſe earum componendarum interponeret mediatorem, quò nobiles aſtutius primeret, ignobiles ſibi melius ſubiiceret, utrorumque lites in ſua com-oda traheret; diviſit amicos, ut imperaret, ſuas omni ex parte ſtruens achinationes, fraudes fraudibus innectens, in eo profecto Tiberio de-rior, quod hic ſub Principatus initiis, dum Auguſtum ſaperet, dum Au-uſtum referret, multa prudenter, multa moderatè in Reipublicæ bonum cerit, & nullo ſaltem ſcelere Principatum ſuum auſpicatus ſit, iſte verò naudito Regicidio ſuæ Protectioni primum fecerit initium, fingens ha-atis manibus amicitias, ut Angliæ ſtatus in hoc ſcelus pelliceret, ipſos ju-andi prætextu cautiores turpiter ſubjugaret, & ſe nefarium protectorem nſtitueret hoc ſolo infando ſcelere Patens omnibus, toti mundo con-icuus, Athaliæ furorem in eo imitatus, quæ ut thronum ſuum, quem ri violentia conſcenderat, firmius ſtabiliret, Ochoziæ filios ſuſtulit de edio, & quidquid ſanguinis Regij in manus ejus crudeles incidit, per ptennium quidem tolerata, donec mortis inferendæ eſſet occaſio, & ne ridem intentum hoc necis ſalubre negocium perderet præcipitatio, atque tiam quod expediret ægræ ſauciæque Reipublicæ quomodo-unque requieſcere, quàm ipſa curatione vulnera recrudeſce-e, quæ Athalia juſto & prudentiſſimo Iojadæ Pontificis conſilio, totius

regni aut Primorum ſaltem aſſenſu ideo tandem occiſa fuit, quòd ipſi ſtante nulla non modo Imperij, ſed nec libertatis nec vitæ ſpes eſſet, quòd regnum nullo jure invaſiſset, & rerum potita omnia divina, humana permiſcuiſſet aucto nefariæ ſuperſtitionis cultu, vivum Cromvelij noſtr exemplum, eodem digni ſupplicio, pari fine, ſi unquam tranquilla voluerit eſſe Anglia: eo uſque nimirum Cromvelius Angliæ protector ſicut à Britannis ita quoque ab Hiſpanis approbatus eſt, donec mortuus Angliæ proſit, qui in vita nemini, quàm ſibi imò nec ipſis Gallis niſi contra Hiſpano. eſt utilis: & quamvis in ſua crudelitate nunc habeatur felix, erit tamen, cum ad illum quoque diu felicem ſua eſt ventura portio, & qui dimiſſum ſe credit, dilatum ſe tantum eſſe comperturus ſit.

Hiſpanis aliàs tribus diverſis reſpectibus Cromvelius malus eſt. arte ſcilicet regni acquirendi per legitimi Regis infame homicidium, nunquam probata nuſquam niſi aliquando apud Barbaros, nunc fere etiam apud Gallos accepta.

Religionis diverſitate ab Hiſpano nullibi admiſſa, minus tolerata.

Armorum & commerciorum ſocietate extra religionis periculum licitâ, ſi cum religionis exterminio, rejectâ: Artem Cromvelianæ protectionis acquirendæ ſcriptor hic Germano-Gallicus non modò non improbat, ſed adeò ipſorum legatorum Gallicorum hîc præſentium ſcitu aut ſuaſu protegit, defendit velut modum evadendi à Deo datum atheâ, aut ſi Chriſtianâ, certe nimis laxâ conſcientia. Religionis diverſitatem, aut potius Religionum novitatem Rex Galliæ non tantum non rejicit, ut adeo etiam ſuis in regnis eam recipiat, foveat, tueatur, nullo urgente periculo, ſolo Hiſpani odio, & ſcandaloſi Eccleſiæ Cardinalis parum laudando conſilio. Armorum ac commerciorum ſocietas in ſe ſanè eſt licita, nemini exprobanda, imo nec Gallo contra Hiſpanum, ſi in hoc ſubſtiterit; verùm hic & nunc ideo peſſima, quod involvat Religionum Anglicarum per Galliam conceſſam libertatem, & earundem in Flandriam omni hæreſi hactenus puram fœde promiſſam inductionem: Hoc certè malum Hiſpanus Galliæ nunquam intentavit, & ſi feciſſet, pace illorum dixero, plus ſaltem in eos non commiſiſſet, quàm ex proprio commiſſo hodieque ſentiant, commiſſo inquam eo magis

abomi-

bominabili quia non necessario, & si necessarium fuisset, nunquam tamen ommittendo; quòd adeò Hispanus non cogitavit, ut quamvis eo pacto Flandriam suam ab Anglico errore & prava hæresi Deo immunem servare potuisset, hoc tamen in Galliam aliàs erroribus & hæresum fece scatentem attentare religioni sibi duxerit: quod quidem coram sano Mundo & inprimis Christiano, Catholicæ Ecclesiæ longè æquius, longe laudabilius futurum fuisset; neque enim in periculosis corporis humani affectibus quicquam potius canatur, quàm ne malum, si curari nequeat, latius saltem non serpat, & partes adhuc integras non inficiat. Verum Gallo *tanti sit religio, ut pro regione occupanda eam nullo scrupulo negligat, ludibundè velut rem flocci planè prostituat, imo Hispanum qui cum Domo Austriaca unus adhuc superest religionis protector* Rex *verè Catholicus, eò angustiarum redactum omni studio suo velit, ut nec alibi periclitanti religioni solitam operam, nec debita auxilia adferre possit. Eo impietatis Res Gallica iis principiis jam devenit.*

Literæ verò, quas pro colophone suo hic verborum concinnator allegat, à legatis Hispanicis ad Cromvelium 21. Maij anni 1655. datæ, quis scit, an non confictæ aut corruptæ, videamus tandem quid contra rationem, quid contra religionem contineant: Hispanus, inquit, Rempublicam Angliæ primus agnovit, non coluit, ut corruptor iste falsè adjicit linguæ formam Hispanicæ non satis peritus: igiturne hunc Reipublicæ per Regicidium inducendæ modum legitimum, aut impunem debere esse asserit? quis tantum insaniæ Hispanorum affingat prudentiæ? quis suspicetur Hispaniæ Regem in parem sui necem pro constituenda per Hispaniam Republica statibus suis occasionem præbere voluisse? ita sanè futurum, si hanc introducendæ Reipublicæ rationem approbasset: Quousque igitur Rempublicam Anglorum agnovit? Scilicet usque ad obtinendam confirmationem, aut renovationem Pacis tractatuum inter prædecessores Hispaniarum & Angliæ Reges olim conclusorum, & super articulis de Indiarum commercio, de Inquisitione & inæquali Hispanis per Angliam imposita solutione iterum contrahendorum. *Quid hinc periculi Gallo accessit? illud nempe, quod metuisset Hispanorum Indiarum liberiori commercio potentiorem ipsisque Anglis ac inprimis versuto*

Protectori

Protectori formidolosiorem, & propinquius impendentem: qualem itaq agnovit Angliæ rempublicam? talem nimirum, qualem ipsa se constitu rat, de modo an nefarius, aut legitimus esset non quærens, non disputan unum hoc agens ut commercia civilia rerum suarum, nullius damno, s solius commodo haberet non impedita, liberiora, rem omni jure divin humano, licitam, à nemine culpatam. At Hispanus, inquis ad Caletum p Anglo recuperandum socia arma obtulit, Civitas fidei Catholicæ nu devotam cultricem, futuram tunc sacrorum omnium detestandam profan tricem: tantumne in hoc peccatum est? sane suum recuperare velle nem injustum dixerit, igitur nec recuperantem velle adjuvare, si justum eni principale est, tale etiam sit accessorium necesse est; & ausim assevera Gallos puritanam aut quamcunque aliam religionem Caleti libēter passur nisi Civitas esset limitropha, Anglis propinqua, quam ideo Civibus c Præsidio muniunt Catholico, quòd hosce sciant amore religionis suæ, & oa Anglicanæ tanto fortius ubique restituros, Caletum observaturos: ut qu enim isthic non paterentur religionem Anglicam, si religiosum iis non fuer ipsam in Meditullium Galliæ invehere: deinde, nunquid præposterum hoc de optimo Hispano judicium de quæsita religionis Catholicæ Caleti exterm natione, quando de certa oppugnandi ratione primùm tractari debeba Si intentasset Anglus Caleto eliminare Catholicos, fecisset id saltem in sua, & nemini periculosa quoad religionem, cum Gallia vel plaustra rel gionum libenter in suo Regno sit receptura unico civili compendio region Lucello: Mardicum verò, Dunkerca, Gravelinga, Ostenda, quò Ga religionem Anglicam ex nefario pacto intulerunt, & hodieque inferre to impetu adlaborant, quando unquam Angli habuerunt? quando fides al extra Catholicam illic culta est? Sed & Hispanus promisit Reipublicæ An glicæ omne id quod ad ipsius gloriam & compendium vergere possit: igitu ne etiam incrementum religionis Anglicæ? Ne tu certè philologus es, q ita ex disparatis & particularibus conclusiones universales eruere nosti; qu fuisset Angliæ gloria, quod compendium? hæc nimirum, quod Con dæum Principem regiis natalibus conspicuum, virtutibus illustrem, tot p Gallia partis trophæis, tot reportatis victoriis, urbibus clarum, unum c Ministrum sine suo merito sola alterius invidia extra Galliam turpiter c

ingra

gratè ejectum ab Hispano velut immeritum exulem in Regnum in pro-
ctionem receptum, ad pristinam dignitatem, ad honores & bona im-
ortali suo nomine licitè & legitimè restituisset, ipso ab Anglia hoc in-
gne beneficium grate agnituro, & pari si non majori officio debite compen-
turo. Ast Gallia cœptis Cromvelij restitit: fatente id ipso-
et Hispano: quo fine, amabo, id fecit, Regis ejecti *bono, aut*
lius restituendi desiderio, an vindicando Regicidio? ubi in Gallo ali-
uod tam bonæ mentis indicium, nisi ipsius accedat utile compendium? in
put Cromvelij conspirabat, ut eo enecato Angliam legitimo Regis succes-
ri ereptam sibi adjiceret, nunquam exsatianda ambitione, & dominandi
idine: Hispanus Angliæ non inhiavit, ideo nec Protectori insidias strue-
quæsivit, Angliam rescisso capite saltem in membris servatam voluit,
eo agnovit, quia credidit successu temporis ad saniora consilia reducen-
m, Regis occisi filio iterum se submissuram; & ipsi legitimo suo Domi-
libentius omne obsequium præstituram, quàm violenter intruso Tyran-
; errorem suum in occidendo Rege fœdè commissum olim agnituram, de-
staturam tempore res omnes difficiles suaviter mitigante pro uberiori
Anglorum fructu, Regis successoris solidiori restitutione, Hispano alias
ortem infamẽ occisi Regis, horrendum omnibus Regibus exemplum cer-
vindicaturo, successorem legitimum ad suum regnum armis auxiliari-
s, nisi Gallus ea aliò traxisset, potenter adjuturo. Gallo id nunquam fa-
uro qui scriptis publicis audet legitimo Angliæ Regi consanguineo suo jus
um in Angliam, & Gallias sublatum, nec unquam restituendum esse
iquo & præpostero judicio pervicaciter asserere: & quem Hispanus pro
petrando Indiarum commercio vel agnovit Angliæ modernum statum,
nc Gallus velut adjutore Deo ita constitutum nequiter approbare; Re-
giones in sua & aliena regna istuc liberè, huc crudeli & nefando
su inferre non veretur, & adhuc Hispanum in iis perfrictè calumnia-
r; in quibus ipse Deo vindictam suam suspendente protervè delinquit,
opositi tractatus non ideò statim pro conclusis sunt habendi, tractandi
odo multa in iis vel mitigante, vel annullante: & Gallus Hispanum vel
propositionem eorum tractatuum convitiis impetit, ob quorum iniquam
nclusionem, & nunc in Catholicorum viscera debacchantem sævam exe-

 cutionem

cutionem justè argui non tolerat, sed velut ex prudenti facto suo laudari adhuc ambit: Hispanus Anglico furibundo cani bolum hunc objecit, ut ejus si non averteret, sustineret saltem rabiem, ne Gallus ipsum clam tentans in suas partes induceret, & hac Sicarij sævitia Catholicos laniaret, qui Regio sanguini, non pepercit; cogitabat Hispanus istos tractatus in suum & totius Christianitatis commodum diu extrahere, nunquam ijs conditionibus eundem conclusurus, quas Galli nullatenus abnuerunt, nihil remorante atheâ suâ conscientiâ acceptarunt, & nunc ipso Cromvelio sæviores Tyranni fœdè exequuntur, isto religionis suæ incrementum ubique procurante, his suæ fidei avitæ totalem interitum nihili habentibus; adeò ut Hispanus proponendo Anglis certos commerciorum ac Amicæ societatis tractatus, in neminem magis peccarit, quàm in Gallum, cujus quæsita ab Anglo Acatholica fœdera clam agitata Hispanus prudenter ac dolo bono quæsivit impedire, sustinere, usu, militiæ ac domi passim licito, sæpius exercito Verum quid mirum est eo dementiæ ruisse Gallum, si audet sicarij Protectoris execrandum facinus, & Regis Stuarti abominabilem trucidationem in Deum authorem refundere, dum inquit Deum quo vult modo auferre & conferre Regna, & per quem vult Ministrum sua exercere judicia: *quod si vestris Regibus, vestrisque Ministris, Optimi Galli hæc Pseudo-politica Principia passim sunt integra, & ubique licita: Cur non & vobis? quid itaque cunctamini, quid moras nectitis? Cur sceleratum Ministrum non invaditis? infamem enecatis? Cur innocentem Regem ab ejus seditiosis consiliis non abripitis, & ad saniora reducitis, vos verò à tam diris bellis, à tot sanguisugis collectis, & ab insatiabili Ministrorum libidine vestra omnia, tot retro annis pridem deglubente cito liberatis? quos in id nemo adduxit, nulla necessitas ursit, sed proprium ipsorum commodum & cupiditas vestro sanguine saginanda nunquam satianda nequiter pellexit: facietis id jure optimo, & lege à Regibus Ministrisque vestris sibi dictata, passuris equidem libenter, ut paci jure in se alij utantur, quod ipsi in alios ita usum pro justo defendunt: eritis certè ex isto principio impunes apud Deum, inculpabiles coram universo mundo, si Ministrorum vestrorum iugula suis armis, suis legibus confoderitis, resciderit is: quæ, absit, ut ego vobis suadeam sanio-*

rem

...m Politicam edoctus; dictat verò vobis lex Ministrorum vestro-...um, & athea ipsorum principia, quibus omne nefas colorant, omne sce-...s excusant, & in Deum velut malorum authorem, actuumque tam ...udelium necessitantem prædestinatorem blasphemè conjiciunt: & si ...uardus optimus olim Angliæ Rex ideo justè peremptus est; quia vel ...llectas ultra modum imposuit, vel cum Catholicis egit, quibus ...men suæ Religionis exercitium in Anglia nunquam concessit, quan-... potiori jure necandus scandalosus Ecclesiæ Cardinalis, qui Princi-...m innocentem seducit, plebem emungit, collectis gravat; non so-...m cum Atheis Puritanis agit, sed & seductricem populi hæresim ... gremium Galliæ recepit, exercet, fovet, corporum ac bonorum ...estrorum insidiator, animarum verò dirus carnifex, religionis avi-... impius exturbator: Cur enim non æquè Deus velit hoc modo ...os ab ipsius crudelitate liberari, quo ipse audet asserere Anglos à ...uardi objecta aviditate jure & Deo propitio esse vindicatos. Ita ...mirum peccator, qui in profundum venit, monentem conscientiam, ...hortantem amicorum turbam, imo ipsiusmet Dei iram contem-...t, sua elatus fortuna, pervicax audacia, & prava constans in-...ia.

De Philippo Burgundo quæ obgannit, responsum non merentur: ...uis enim contracta matrimonia, pacta dotalitia, conciliatas vinculo con-...gali arctissimas amicitias unquam contemptui aut vitio habuit, nisi hic ...cophanta, qui ita effrons est, ut ipse Germanus atque de Imperio, in ipso ...unc degens Imperio coram consessu Electorum, de Electorum per Gal-...am & Italiam Archicancellariatuum juribus contemptim jocari non eru-...scit, leges Imperij vetustas si usu forte impeditas, jure tamen non abdi-...tas, non obsoletas, civili saltem possessione retentas torvo naso suspende-..., & fastuoso supercilio despicere non pertimescit: & ecce idem ille hic est, ...ui se libertatis Germanicæ, ac Electoriæ verbosum venditat vindi-...torem, restauratorem, omnia vero Imperij antiqua in Galliam, in ...taliam jura in Gallorum servitutem concessisse pleno ore hîc buc-...nat.

Et quid blateroni huic cum Hiberis næniis? forte iam Hispanias aut

Flandriam ultimum putat agere ſpiritum; ita credo eſſe in votis ipſius, ſe[d] quamvis fidiſſima Flandria ſine ullo ſuo merito extra Imperij promiſſā olim protectionem nunc in hiſce bellis nupera pace Monaſterienſi quadantenu[s] ejecta ſit, non ideò Deum deſinet habere protectorem quem in ſacrament[o] veneratur ac adorat, religionis ſuæ & veræ Eccleſiæ patronum piis preci bus, devotis ſuſpiriis inclamat, invocat, & pro cujus tuendo in Euchariſti[æ] honore ſe vitam, ſanguinem, & omnia libenter profuſuram devota Dun kerca ſanctiſſimo propoſito nuper primùm declaravit, roganti deditio nem Turenio ſummâ in Deum confidentia reſpondit: Hæc ſcelera ſpe ctante Imperio, non avertente, imo ut nec averti poſſit, quantum in qui buſdam eſt, graviter impediente, vel ideo ſolùm quod Cromvelius Gall[o] ſit confœderatus, quaſi idcirco Hiſpani hoſtis non eſſet, at novus quidem contra quem in Inſtrumento Pacis nulla ſunt vetita auxilia, non interdict[i] ſuccurſus, etiam, ſi ſub titulo Confœderati Gallici tantum militet [quipp[e] in §. & ut eo ſincerior] non confœderati Galliæ ſed hoſtes duntaxat præ ſentes & futuri comprehenduntur, nulla fœderatorum inſerta aut facta mentione; quod ſi enim Hiſpanis omnia ſubſidia præcluſa ſint, Gallis *ve rò cum quolibet Acatholico, Turca etiam ac Barbaro contra Hiſpanum fœ dera contrahere licitum fuerit, quæ erit illius Pacis diſtributiva juſti cia? Scivit enim Imperium, aut certè ſcire debuit Gallo ſatius eſſe u[t] Religionem peſſundet, quam ſuam negligat commodum, & ulteriu[s] proferendæ potentiæ omittat occaſionem; ſcivit quoque quod Hiſpanu[s] cum Religionis periculo hactenus nulla fœdera contraxerit, nulla quo que ſit contracturus: Ecce quo antiquus Hiſpanorum Zelus incipiat redu ci? quo neceſſitatis religio adigatur, in id per commiſſionem, in id quoqu[e] per omiſſionem collaborante & plurimum contribuente Romano Imperi[o] re hactenus inaudita; & ſpecioſo ſecuritatis publicæ conſervandæ titulo: dum nimirum Hiſpanis contra Cromvelium nullas non modo mittit ſup petias, ſed ne ab Auſtriaco ſubmittantur adeo etiam juratis pactis conten dit; rebus cæterùm utriuſque regni paribus, quis pro ſecuritate publica non laboret? quis eam non ſollicitet? hoc nimirum* Galli *intereſt, ſcire quid agat* Germania, *quòd corruptionibus, minis, promiſſis, adulationi bus hoc unum agat, ut quæ inſtrumento Pacis nunquam inſerta fuerunt,*

non ferendis Hispano contra Cromvelium auxiliis, id nunc seu jure seu juria in Capitulationem futuri Romanorum Imperatoris referatur, quò anis iste Anglicus nullius metu Gallorum adjutus ausu tantò liberius raem suam in Catholico-Flandros exerceat, furorem exerat & ferrum ringat; quæ omnia sicut in brevi discussione senili prudentia accuratè demonstrata sunt, ita ab hoc nugivendulo blaterone nunquam ita fastuosè ut itat, disjecta sunt, quin hodieque adhuc firma stent

tanquam Marpesia cautes

& sinceræ veritatis inconcussæ columnæ.

Verum Gallus hic vigilem pro Imperio agit excubam ne bellis involtur exteris, sed pace quæsitâ gaudeat, ipsique ne tale præficiatur put, aut talis eligatur, qui ante electionem, quod non oporit, fecerit, aut qui, quod non oportet, post electionem credar facturus: *Itane Archontes Imperij suis sunt impares officiis, ut Gallo adjutore aut Vicario opus habeant? itane Constitutionum suarum ignaut Gallum Bullæ interpretem accersere debeant: & quomodo iste sit Bulæquus interpres, quem Bulla ad fastigium Imperiale non admittit: Bulnne tueatur iste, qui eam eversam vellet, ut & ipsi ad Imperium paret aditus: sanè si à Gallo suam libertatem expectet Imperium, & Eleores eligendi libertatem, næ misera erit Germaniæ libertas, electorum riculosa conditio, Gallo nihil magis ubique quam servitutem spirante, i ideo ab Imperio libero se revulsit, ut suos serviliter ac despoticè regere sset, & parem in servitutem non paucas Imperij terras nuper pertra, per Pacis instrumentum violenter extortas, & ab Imperio resectas: ine quoque erit Electorum nomen, quibus Galli adhuc extra Imperium stituti leges dictare, capitulationes eligendo obtrudendas, præscribẽdas, Electores in suspicionẽ corruptionis, ac venditæ libertatis inducant, imrare contendunt. Sed quis est eligendus iste, qui ante electionem fecit od non oportet, post electionem facturus creditur quod non oportet, credo òd Austriacum suspicetur, & rectè quidem ac justis plane indiciis: ob tris avorumque merita in Imperium, nullis in regnis sperni solita, imo ia, quæ successorem patris filium, capacitatem patris & raram sapienmore, vultu, totoque corpore referentem merito in Imperio patri substi-*

 tuant

tuant virtutum paternarum in defendendo Imperio accuratum observatorem, sedulum imitatorem: quod si hic Austriacus tandem eligendu est, quid amabo ante electionem fecit quod non oportet: accusatu pacifragij ab Hoste Gallo Imperij Corrivale, an probavit Gallus pacifragium, quo judice? quibus testibus? ubi auditus est reus? si ita accusar suffecerit, quis innocens erit? inauditum justus judex non condemnat & nisi de crimine convicto pœnas nunquam imponit; Domus Austriaca satis constat quam tenax pactarum transactionum, præstitorum juramentorum semper fuerit; audivit illa tot retro sæculis candori titulum, clementiæ encomium, tranquillæ mentis elogium, nemini Germano querente, nullo arguente: persuasum proinde mihi habeo, quod Electores Eminentissimi & Serenissimi pro solita sua prudentia non patientur à querulo Gallo in alia se abduci, ut insolitis legibus stringant, vinculent Domum Austriacam, naturâ pronam in pacem, in clementiam proclivem, minùs ut de pacifragio seu expresse seu tacitè condemnent, optimumque Imperatorem in cœlis nunc degentem perjurij fractæque Pacis Reum inauditum pronuncient; nisi Gallicis seu fallaciis decepti, seu minis territi, audiri velint: Non spectant hæ querelæ ad Electionis diem, sed ad Diætam aut Electoralem aut Imperialem; in Electione de his duntaxat agendum est quæ intra Imperium ipsum sunt; non quæ à Coronis exteris in Imperium inferuntur: Non frustra tam angustum tempus conscribendis Electoribus, & mox eligendis Romanorum Regibus legislatores Imperij statuerunt, prudenter utique præviderunt nunquam defuturos, qui quæsitis dilationibus Imperium turbarent, & neglectâ Electione aut Electoribus in partes secedentibus inter se colliderent; larva securitatis, quam Galli prætexunt, est fraudulenta seductrix, & motuum in Germania ciendorum vera conciliatrix: ideo nimirum defuncti pridem Imperatores aliis gravaminibus Imperij suas Diætas singulares præfixerunt, ut negocia inter se non confunderentur: imo si vetustis procederetur legibus, Galli hinc pridem forent ejecti ut à Imperio prorsus alieni, ideoque nusquam in Imperio tolerandi, vbi de eligendo Imperij capite agitur: Sufficit itaque in Electione consti-

tui

i Imperio caput, aptum illi regendo, idoneum administrando, quod enim ad cujuslibet exteri minas, ad privatorum in Imperio querelas & ad arbitrium Electorum, atque affectuum quot vicibus aptaderent leges fundamentales, paucos intra annos conciderent, nul forent: Securitas Imperij tutissima, est Imperatoris cum Electobus & statibus, capitis cum membris justa harmonia, hanc procunt Electores, non periclitabitur Imperium, nemo exterus ita audax it, ut aggrediatur: qui hanc securitatem volunt, natione & rane verè Germani sunt, secus qui faxint, Gallorum sunt asseclæ, ecorum fautores & Anglicorum scelerum protectores. Huic nihil volvitur Hispanici, nihil exteri; talis scilicet Electio digna esset quæ deretur, reliquæ seu affectum ac odium; seu commodum spectantes, næ sunt multarum difficultatum, semina periculorum, bellorum; nee enim eo usque liberæ debent esse Electorum dispositiones, ut supra es sint, aut intra eas non coerceantur, aliter si fuerit, Imperij sive c sive bella olim ab Electorum dependebunt voluntate ac nutu, non perij bonum, sed proprium seu affectum seu lucrum tunc forte spectanm; certus, quod horum omnium satis meminerint Electores, adeò ut pace Electio magis sit necessaria hoc die non ad tractandam em nullibi violatam, sed ad faciendam Electionem unicè destina, legibus fundamentalibus in hoc unum, non in aliud constituto, c in finem Austriaci huc vocati advenerunt; non tardè nimis, s enim per legatos pridem adfuerunt, non cito nimis, nisi ad vidas Gallorum fallacias, nunquam ita, sicut nunc, Austriacis notas; i intempestivè, nisi quod Electionem, quæ intra certum tempus hoari, ac intra certum tempus pariter finiri deberet, nunc Galine legibus quas ipsi non dictarint, summo Germaniæ detrimen. Electorum periclitante libertate fœdè prostitutam velint, si an Electiones posteris sæculis futuras singulorum querelæ audien. O miserum Electionis statum, quando jam hujus avaritiæ, alterius odio, tertij querelis, jam externi Regis hostilibus

minis,

minus, patebit acceleranda, extrahenda Membris Imperij interim alien
libidini, ludibrio objiciendis; quorum nullum unquam doleret, si inte
se bene cohærerent, & nullum à toto corpore rescindendum, nisi quia cor
pori est noxium: quod de Belgio nulli dicent prædecessores; nulla audit
posteritas, feudatariis Regibus, Imperatori verò atque Imperio in prim
semper fideli; Atque ideo minus deserendo, quòd in singularem Imper
Protectionem veteribus pactis susceptum sit, nunquam in Capitaneos, Re
ges, nunquam in Imperatorem ullius perduellionis reum, sua integrita
& fide omnibus hactenus laudabile, æstimatum. Et verò nugatorem hun
miror, quod asserat ex literis legatorum Hispanicornm ad Cromvelium
Angliam fœdere Gallo-Anglico solum liberum commerciorum usum quæ
siisse: nunquid hoc unum, hoc ipsum Anglo proposuit Hispanus, ipse repu
diavit, à Gallo verò liberum religionis Anglicæ per Galliam exercitium pe
tiit, impetravit; loquuntur itaque facta & eventus, quid Anglo cordi po
tissimum fuerit, sciebat utique Anglus Hispanos de admittenda ipsius reli
gione nunquam conventuros, ideò ad alios deflexit: quos noverat religio
nis non ita atque commodorum suorum studiosos, ad Inquisitionem Hispani
cam non assuetos, Hispanis ideo grata, ideo laudabilis, quod ex regionis climate i
certa mala proniorem naturam optimâ saltem lege ad bona constringi velint; ho
perfricto scriptore nullam legem, admittente nullam conscientiam habente, & in sc
leribus suis adhuc securè vivente: quæ Inquisitio cultum Dei uniformem in un
religione solum spectat & debitam Ecclesiæ subjectionem; nemini exosa nisi hi
qui tantam conscientiæ libertatem ambiunt, ut sine conscientia quidlibet audere
facere impune possint: quæ conscientiæ libertas nisi apud Gallos nimia fuisset
nunquam eo Imperatorem piè defunctum redegissent ut Ecclesiasticos, Archi e
Episcopatus potestati seculari, & Acatholicæ submitteret, id nunquam facturu
nisi effundendo sanguini Christiano maluisset parcere, quam regnorum suoru
commodis studere, quibus his supersedeo amplius deducendis, cum alibi luculen
ter refutata sciam, tantum non typis evulgata. Quod si his argumentis deliru
hic prodromus in viam reduci nolit, sed suis adhuc deliriis continuo errare, edisse
rat saltem quo filo ex errore suo possit educi, & manum præbebimus; sin pertina
ciis suis agat, suo cerebro & fronti est relinquendus, ut sua pereat in pertinacia
indignus quo cum ullis amplius argumentis agatur, indignus quem Imperium to
leret, qui in ejus interitum omne suum studium Gallo vendidit, & Germaniæ bo
num suæ utilitati posthabere pridem didicit.

1. Pax pax polono-svecica Olivæ d. 3 Maja 1660
2 pax Germano-svecica Monasterii Westphalorum 24 [illegible] 1648.
3 Pannonia perorata etc p Joh: Wolff 1652
4 De sacra corona regni Hungariæ ortu etc Petri de Reva 1652



